

1 7. Ac mihi animus, quibus rebus alii timent, maxume
 fretus est negotii magnitudine et quia tibi terrae et ma-
 2 ria simul omnia componenda sunt. quippe res parvas
 6 tantum ingenium attingere nequiret, magnae curae
 magna merces est. igitur provideas oportet, uti plebs
 largitionibus et publico frumento corrupta habeat ne-
 3 gotia sua, quibus ab malo publico detineatur: iuventus
 probitati et industriae, non sumptibus neque divitiis
 4 studeat. id ita eveniet, si pecuniae, quae maxuma om-
 11 nium perniciēs est, usum atque decus dempseris. nam
 saepe ego quom animo meo reputans quibus quisque
 rebus clari viri magnitudinem invenissent quaeque res
 populos nationesve magnis auctibus auxissent, ac deinde
 quibus causis amplissima regna et imperia conruissent,
 15 eadem semper bona atque mala reperiebam, omnesque
 5 victores divitias contempsisse et victos cupivisse. neque
 aliter quisquam extollere sese et divina mortalis attingere
 potest, nisi omissis pecuniae et corporis gaudiis
animo indulgens, non adsentando neque concupita prae-
 20 bendo, pervorsam gratiam gratificans, sed in labore
 patientia bonisque praeceptis et factis fortibus exerci-
 tando.

1 8. Nam domum aut villam exstruere, eam signis
 aulaeis alieisque operibus exornare et omnia potius
 25 quam semet visendum efficere, id est non divitias de-
 2 cori habere, sed ipsum illis flagitio esse. porro ei, qui-
 bus bis die ventrem onerare, nullam noctem sine scorto
 quiescere mos est, ubi animum, quem dominari dece-
 bat, servitio oppressere, nequequam eo postea hebeti
 3 atque claudo pro exercito uti volunt. nam imprudentia
 31 pleraque et se praecipitat. verum haec et omnia mala
 pariter cum honore pecuniae desinent, si neque magi-